

CXI. PEDO (Borgo S. Dalmazzo). Tribu Quirinā.

Pedonis unus auctor meminit Cassiodorius var. 1, 36: *locum te iubemus quondam Benedicti in Pedonensi civitate ex nostra auctoritate suscipere*, lapides autem tres, urbanus apud Guasum mus. Capitol. vol. 2 n. 171: *d. m. M. Stati M. f. Quir. Adiutoris Pedone mil. coh. X pr. et harum partium duo repertus Caraglii n. 7836, in quo est cur(ator) r(ei) p(ubli- cae) Pedone(nsis)*, et in hoc ipso burgo S. Dalmatii repertus n. 7852 *servi vilici stationis Ped(onensis quadragesimae) Galliarum*. Hic titulus confirmavit quod tradunt acta S. Dalmatii Burgum S. Dalmatii olim dictum fuisse Pedonam. De quibus actis Tillemontio ignotis (cf. eius hist. eccles. 5, 637) paullo accuratius hoc loco disputandum est utpote arte coniunctis cum interpolationibus et fraudibus falsariorum Pedemontanorum. Quargnenti, ubi corpus S. Dalmatii martyris adservari dicitur in arca habente titulos ab altera parte aetatis Romanae supra n. 7447 relatum, ab altera hunc: *'hic requiescit corpus sancti Dalmatii repositum ab Audace episcopo Astensi'*, in codice membranaceo sacrarii ecclesiae collegiatae ipsi S. Dalmatio dedicatae Spelta Ticinensis vitam eius et translationem repperit illamque edidit totam (*hist. de vescovi di Pavia Paviae 1597 p. 49—56*) huius brevi epitoma adiecta. Iterum illam a. 1792 publici iuris fecit Meyranesius (vide supra p. 776) ex codice, ut ait, Iacopi Berardenci, a qua editione interpolata tota (repetita in mon. hist. patr. Taurin. vol. III) omnino cavendum est; Spelta quae protulit de S. Dalmatii actis a mala fraude immunia videntur esse. Secundum Speltana Dalmatius sedit in castro *Auriatensium, quod inter Gegii et Ver-*

*menagiae fluvios situm est*¹⁾, cumque mortem oppetisset iuxta eos fluvios ambulans, iussu reginae cuiusdam carro impositus ibi sepultus est, ubi boves carrum trahentes sponte constitissent: *il che, dice quella scrittura antica havuta da Quadrigento (ipsam enim translationem Spelta non edidit), fu fatto in una terra detta Pedona, posta al piè de' monti, che dividono l'Italia dalla Francia, et perciò fu detta Pedona: hora si chiama Borgo di S. Dalmatio*. Haec cum appareat parum firma auctoritate niti, de lipsanis sancti ex Burgo S. Dalmatii translatis Quargnentum iussu Audacis episcopi Astensis dubitari non potest, potuitque sane qui illius translationis acta scripsit antiquum illius oppidi nomen non ignorare. Iam titulus is de quo diximus incertae traditionis monachicae certus sponsor existit, indidemque discimus hic terminum fuisse inter Alpes maritimas et Liguriam (v. p. 903), quamquam utri regioni ipsum oppidum tribuamus ambiguum restat. Ego in re dubia posui in Alpibus maritimis. Titulis autem Pedonensibus adiunxi repertos in valle Sturae superiore Demontii et ad vicum S. Giacomo et Bersezii. Tribum Quirinam praeter militarem titulum supra citatum etiam n. 7861. 7862a habent.

¹⁾ Castrum Auriatensium igitur ei qui haec scripsit fuit Roccavione oppidum situm ad confluentes Vermagnanae et Gessi Burgo S. Dalmatii proximum. Cum eo viri docti Pedemontani composuerunt vocabulum *Ororiatis* apud Ravennatem 4, 33 p. 271 coniunctum cum Alba et Pol-lentia. Meyranesius autem interpolatis actis illis fictisque inscriptionibus Auriate transtulit ad Demonte oppidum in valle Sturae.

7848 Borgo S. Dalmazzo rep. et adservata cum n. 7849.

marONIS S
NVS·C·L
SER·V·S
due busti, il cui
pileo par frigio

Bartoli ms. (inde Promis Catavigno p. 9).

7849 Borgo S. Dalmazzo trovata da Monsig. Isnardi da Caraglio prima del 1723 nel fabbricare il muraglione del giardino, sta nella casa di Monsig. Casati BARTOLI.

MATRC ///
SACR //
I PVBL RAP
V S·I·I

Bartoli ms. (inde Promis Catavigno p. 9).

7851 Borgo S. Dalmazzo rep. et servata cum n. 7849.

7850 Borgo S. Dalmazzo GIOFFR. DUR.; *nella corte rustica dell'Abbazia RICOLVI; nella sala dell'appartamento abbaziale NALL.; nella casa parrocchiale GAZZ. In casa di Giambattista Chiappello contadino COSTA 1834. Iussu episcopi Mondoviensis Bugnole di Monale translata est Mondovium in domum episcopi, ubi hodie est in area parietis immissa.*

	NEPTVNO	Neptunus	S A C	
	MAXIMVS	stans	TEVRIVS	
	VICARIVS	in scapha, d. cornu	METELA	
in latere:	DANIVS	tenens,	CARB	in latere:
concha	5 VIBIVS · VELA	s. triden- tem solo	GENIVS · PEDA	paterna
	PARRA	innixum	ENICIVS	
	MIRANIVS		C A R B ·	
	SILVANVS · VELAGENIVS · EBELIN			
	LASSER · METELA · EDANIVS · CAR			
	10 MAXIMVS · MINATIVS · CARB			
	SECVDVVS · ENICIVS · PARRAE · F · BARG			
	PISCATORES · L · M			

Descripsi ad ectypum photographicum exhibitum mihi a Muratorio, recognovi ad archetypum. Gioffredo *Alpi* ms. p. 37. 56, ed. p. 113 (inde Ricolvi Niciens. n. 27); Antiquus apud Ricolvium; Bartoli ms.; Durandi Pedona p. 44 de lapide; Nallino *fiume Gesso* ms.; Anonymus Gazzerae; Gaetanus Costa misit Gazzerae Caraglio 14 Dec. 1834; Promis *Torino* p. 157 n. 38 ad ectypum; Muratori Vag. n. 182.

Paullo pleniorum viderunt antiquiores; quae hodie absunt, defuerunt iam tempore Nallini († 1796). — Lectio tota certa, etiam puncta quae posui. — 1 SAC etiam Gioffr. — 9 fin. hodie ζ et sic Nall., CAR Ant. Bart. Dur. Anon. Costa, CARB Gioffr. — 10 ζ hodie et sic Nall., CARB Gioffr. Dur. Gazz. Costa, CAPR Bart., CAR Ant. — 11 P hodie et sic Nall. Costa, BARG Gioffr. Ant. Bart. Dur. Anon.

TEMPLI
vetustate COLLAPSVM
ARCVS
T

Bartoli ms.